

*plevarunt urticæ, et operuerunt superficiem ejus spine, et m  
ria lapidum destructa erat (1). — Ingravescit res, crebresce  
bus circum exemplis pravis, sacerdotali ipsi virtuti haud inli  
festis; ut opus sit vigilantius quotidie incedere ac velieme  
tius obniti. Jam experiendo cognitum est, qui frequenter in  
censuram et severam de cogitatis, de dictis, de factis perag  
eum plus valere animo, simul ad odium et fugam mali, simul  
studium et ardorem boni. Neque minus experiendo compertu  
quæ incommoda et damna fere accidente declinanti tribunal illu  
ubi sedeat judicans justitia, stet rea et ipsum accusans conscientia.  
In ipso frustra quidem desideres eam agendi circumspetio  
nem, quæ adeo in christiano homine probatur, de minoribus que  
noxis vitandis; eamque verecundiam animi, maxime sacerdo  
tis propriam, ad omnem vel levissimam in Deum offensam expa  
vescentis. Quin immo indiligentia atque neglectus sui nonnum  
quam eo deterius procedit, ut ipse negligant pœnitentiae sa  
cramentum: quo nihil sane opportunius infirmitati humana  
suppeditavit Christus insigni miseratione. — Diffitendum certe  
non est, acerbeque est deplorandum, non ita raro contingere, ut  
qui alios a peccando fulminea sacri eloquii vi deterret, nihil tale  
metuat sibi culpisque obcallescat; qui alios hortatur et incitat ut  
labes animi et morentur debita religione detergere, id ipse tam  
ignave faciat atque etiam diuturno mensium spatio cunctetur;  
qui aliorum vulneribus oleum et vinum salutare novit infunde  
re, saucius ipse secus viam jaceat, nec medicam fratri manum,  
eamque fere proximam, providus sibi requirat. Heu quæ passim  
consecuta sunt hodieque consequuntur prorsus indigna coram  
Deo et Ecclesia, pernicioса christianæ multitudini, indecora sa  
cerdotali ordini!*

Hæc Nos, dilecti filii, pro conscientiæ officio quum reputa  
mus, oppletur animus ægritudine, et vox cum gemitu erupit:  
Væ sacerdoti, qui suum tenere locum nesciat, et nomen Dei  
sancti, cui esse sanctus debet, infideliter polluat! Optimorum  
corruptio, teterimum: *Grandis dignitas sacerdotum, sed gran  
dis ruina eorum, si peccant; letumur ad ascensum, sed timea  
mus ad lapsum: non est tanti gaudii excelsa tenuisse, quanti  
mueroris de sublimioribus corruisse!* (2) Væ igitur sacerdoti,  
qui immemor sui, precandi studium deserit; qui piarum lectio  
num pabulum respuit; qui ad se ipse nunquam regreditur ut  
accusantis conscientiæ exaudiat voces!

Neque crudescentia animi vulnera, neque Ecclesiæ matris  
ploratus movebunt miserum, donec eæ feriant terribiles minæ

(1) Prov. xxiv, 30, 31.

(2) S. Hieron. in Ezech. I<sup>o</sup> XIII, c. XI, IV, v. 30.